



**Christ-eyfriger ||Seelen-Wecker/ ||Oder ||Lehrreiche
Predigen/ ||über absonderliche Stellen der H. Schrift/**

Zu disem Zihl und End eingerichtet Daß der Sünder in sich selbstn gehe,
den gefährlichen Schlaff der Sünden überwinde und sich zu wahrer Buß
eyfrig und zeitlich aufmuntere; In zwey Bücher abgetheilt; mit
weitläuffiger Anleitung wie alle und jede Predigen auf die Evangelia der
Fasten und des ...

Barcia y Zambrana, José de

Augsburg [u.a.], 1718

VD18 13450131-001

Approbationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76326)

APPROBATIONES.

Approbatio Rev.^{mi} P. Magistri, Fr. Petri Brauo,
Theologi Eminentif. Cardinalis Ottoboni, Provincialis, & Apostolici Vifitatoris provinciae Andalusiae, nunc autem Ministri Conventus SS. Trinitatis de Redemptione, in Civitate Granatenfi.

EX Commissione D. Doctoris, Joannis de Leyua, Capellani Majoris Suae Majestatis in Capella Regia Civitatis Granatenfis, vidi Librum, quem composuit D. Doct. Josephus de Barzia, & Zambrana, Canonicus Sacri Montis, S. Scripturae Lector, sub Titulo: *Excitator Christi-anus*. In eo Libro admiror, & veneror exemplar, & prototypon Spiritus sui ferventis, & zeli salutis animarum, expressum magnam sapientiam, & eruditione, prout D. Augustinus agnovit in Scripturis S. Hieronymi: *Et libri quidem, quos de Horreo Dominico elaborasti, pene totum te nobis exhibent, & animum tuum non mediocriter novimus in litteris tuis, in quibus benedicimus Domino, quod tibi, & nobis, omnibusq. Fratribus, qui tua legunt, te talem dedit.* Nisi agnoscerem Authorem, ipsius doctrinam, virtutes, Missiones, & continuos labores in salute animarum, solus iste liber me in agnitionem introduceret vitae suae exemplaris; ita enim scribit, & praedicat, sicut vivit, velut genuinus, Christi Discipulus de Christo, cujus vita Lux erat, & Doctrina Encomiunium, erantq; verba illius viva, nam prius vitam praedicabat, quam verbis, ut omnia ad vitam aeternam hominum dirigeret. Quod stylum Libri attinet, videtur omnino dignus Verbo Dei: utitur enim efficaciam propriam absq; affectatis coloribus, ad modum S. Apostoli Pauli: *Sermo meus, & praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis.* Monetis pretium metalli valorem dat, non factura, quanto magis Veritas aeterna, quae est gladius acutus, & penetrans, quae ex se ipsa valorem continet, nec aciem suam emendicat ab Eloquentia. Divinus Magister noster, cum non desideraret a Discipulis suis laborem studii, aut modi loquendi, quam vis esset in Aulis, & coram Regibus, ait: *Nolite cogitare, quomodo, & quid loquamini.* Tempore praedicationis eisdem succurrit substantiam veritatis Evangelicae, non per exornationes verborum, *dabitur enim vobis in illa hora, quod loquamini*, non dat, quomodo, sed quid. Atque adeo sine dubio de modo non agitur, cum praecipui Praedicatores mundi a Chitisto non acceperint, nec ipsis etiam permiserit, ut ornati studerent. Ut autem non disputemus de stylo, magis, aut minus florido aliorum sermonum, certus stylus Authoris nostri laudandus est, cum debita, & convenienti eloquentia temperatus, ac modestus. Descripsit quondam Ovidius Diluvium Deucalionis, & exerravit calamus in versum hunc floridum. *Nat lupus inter oves, fulvos ve bibit unda leones.* Quem cum legeret Seneca, iudicio maxime polleat, cum fastidio abiecit librum videbatur enim puerile magis, quam eloquens, scribere periodum aureo oblitam, cum depingeret horrorem diluvii, & orbis excidium describeret: Non est res satis sobria, ait, *lascivire, de vorato ore serrarum, natari in diluvio potest?* quid dicerent ergo tanti Seneca, quomodo legere possent tales libros? in materia tam gravi? quae tractatur, cum formidolosa mors viventibus representatur, nimirum DEUS, certissimus Iudex operum nostrorum. Coelum clausum unicuique noxae lethali, Infernus impoenitentibus apercus, in fatali peccatorum inundatione, anno Author noster stylum acuet, & periodos rosis coronabit? Assentior iudicio Senecae, dicentis: *Poetarum ingeniosissimus, nisi tantum impetum ingenii ad pueriles ineptias reduxisset:*

Materia libri, quam tractat, est maximi momenti, nimirum animarum salus, & doctrina maxime solida; de qua tamen pauci libri extant, & errores multi, fames, & sitis Ecclesiae. *Ecce dies venient, dicit Dominus per Prophetam Amos, & mittam famem in terram, non famem panis, neq; sitim aquae, sed audiendi verbum Domini.* Propter peccata populi, ait D. Hieronymus, orta est in Ecclesia huius doctrinae egestas. *Propter peccata populi deficit doctrina in Ecclesiis.* & quod pejus est, ex doctrinae huius defectu, succedunt peccata, & ruinae Ecclesiarum. Videte, ait S. Hieronymus, quomodo tempore famis perdatur honor, vendatur patria, obliviscimur cultus, matres comedunt filios suos, & omnis natura ordinem suum concurbat, Quod si autem haec in ordinationem causat fames corporis, quamnam confusio orietur ex fame animarum? Hae ego S. Doctore relinquo consideranda, & nostrorum temporum circumstantiis. *Si hoc facit fames corporis, quid de fame dicendum est animarum?* Eruditam admodum Introductionem de hoc habet Author; qui illam legerit, facile cum Salviano eum excusabit, quod ob fervorem fuerit prolixior. *Vellem hos loco ad exequendam rerum indignitatem parem negotio eloquentiam daris, tantum esset virtutis in querimonia, quantum doloris in causa.* Dum rogo, ut huius doctrinae abundantiam nobis mittat, & multi tales Libri praelo subiciantur, quin & Authorem ipsum precor, ut quidquid doctrinae similis ipsi DEUS, inspiraverit, typo committat, nec Verbum DEI in pectore suo captivum teneat, quod ipsi communicat DEUS, ignis instat, ut vitiorum Babylonia convertatur in cineres, & veluti malleo potens, ac obstinatos filices peccatorum con-

(A)

S. August.
Tom. 2.
Epi. 9.

Joan. 1.
Joan. 6.
Act. 1.

1. Cor. 2.

Matth. 10.

Seneca l. 2.
nat. quaest.

Amos, 8.

S. Hieronim.
ibi.

S. Hieronim.
ibi.

Salvian.
l. 6. de gov.
bernat.
Dei.

terat.

APPROBATIONES.

erat, juxta verba Prophetæ: *Nunquid verba mea sicut ignis, dicit Dominus, & quasi malleus, conterens Petram.* Et sanè rogarem illum instantius, nisi mihi constaret, majorem esse ipsius zelum, quam meas preces, ut quondam D. Augustinus dixit, cum idem à D. Hieronymo ex-peteret: *Dimite rogarem, nisi hoc solerti esset Judicium minus presumentu de charitate.* Sit ergo approbatio hujus Libri ea ipsa, quam quondam dedit sapiens Pondebaldus in Epistola Nun-cupatoria ad Episcopum Bajonæ, quæ mihi hic accommodata temporari videtur: *Veritas, et sa-lutis Oratio, spiritus occultè afflante venerationem quondam, & Majestatem animis obicit auditorum, nihil molle sonat, aut fructum, nihil non virile, & masculinum, non luxu diffusis, aperit alveo labitur, ac confragosos interim mentes à radicibus dejicit, rupes horridas, & saxa prægranâ comminuit, illa sunt demum, que persuadere certò possent, vita dicentis, veritas rei, & sobrietas Orationis.* Ita censeo, & dignum judico, ut imprimatur. In Conven-tu SS. Trinitatis de Redemptiõne 30. Januarii, Anno 1677.

S. August.
Tom. 2.
Epist. 9.

Pondebald.
ad Episcop.
Bajonæ.

M. F. Petrus Brauo.

Licentia Ordinarii.

Nos Doctor Joannes de Leyua, Sacellanus Major Sux Majestatis Catholicæ, in Capella Regia Civitatis Granatensis, Provisor, Judex, Officialis, Vicarius Generalis, & hujus Archi-Episco-patûs Gubernator. Pro Illustrissimo Domino, D. Francisco de Roys, & Mendoza, Domino meo, & Archi-Episcopo dicti Archi-Episcopatus, Sux Majestati Catholicæ à Consiliis, & à Con-cionibus, pro eo, quod ad nos atinet, licentiam damus, ut imprimi possit liber, cui Titulus est, *Excitator Christianus*, Sermonum Doctrinalium, compositus à D. Doctore Josepho de Barzia & Zambrana, Canonico, & Cathedralico S. Scripturæ, de Sacro Monte, cum constet ex approbatio-ne Reverendissimi P. Magistri, Fr. Petri Brauo, cui eum commissimus, quod nihil omnino con-tineat, quò impediatur, Datum Granatæ 4. Febr. 1677.

Doctor Don Joannes de Leyua.

Ex Mandato D. Provisoris.

Ludovicus de Buentalante. Notar.

Censura Admodum Reverendi Patris Megistri, Fr. Ludovici de Cozar, Ordinis Prædicatorum, olim Prioris in Conventu de S. Cruce, Civitatis Granatensis,

Imperat mihi D. Joannes de Heredia, Sux Majestati Catholicæ à Consiliis, & Auditor ejusdem in Regia hac Cancellaria Granatensi, ut videam, ac recognoscam Librum, quem prælo parat D. Doctor Joseph de Barzia & Zambrana, Canonico, & Cathedralico S. Scripturæ in Sacro Monte hujus Civitatis, cui Titulus est: *Excitator Christianus.* Ad hunc autem videndum me facile illustrare potest copiosa Lux, quæ Liber est predictus, ad eum autem censendum, sola me obedientia introducet, quoniam sicut Magnus Augustinus dixit: *Sicut Lectorem meum nolo mihi esse debitum, ita Correctorem nolo sibi.* Posset enim æquè me excæcare, juxta Platonem, grandis affectus, quò erga Auctorem feror. *Obicitur, inquit, circa amatum, qui amat.* Quia autem Liber iste Excitator est, caliginem oculorum non fensit. Sed etiam verè agnosco, quòd Excita-tor sit, & Horologium vigilans hæris omnibus, quod etiam vigilare facit unumquemque, qui il-lud ad manus habet, semperque in oculis, ut benefaciat. Verè Excitator est, qui gustum animæ ex-citat; est granum Sinapis mordens, ac vivificans Doctrina Evangelii, ait D. Hieronymus, con-temneas nimios Eloquentiæ, & Rhetoricæ ornatus, comparatur grano parvulo, si confertur cura splendore, & facundia aliorum librorum. Verum isti minus veritatis continent, quantò plus habent pompæ, & foliorum, similes illis herbis, quæ citò, & multùm crescunt, sed absque fructu citò iterum arescunt. Verum Liber iste tale granum est, quod si manu conteritur, si mediatio-ne, & attentione imminuitur, vivificat, & excitat; cum autem seminatur, excrescit in arborem, in qua nidificant animæ, & contagia terræ fugiunt. Verba S. Chryostomi sunt: *Confer hujus-modi doctrinam dogmatibus Philosophorum, & libris eorum, & splendori Eloquentiæ, & vi-debis, quantò minor sit, sed illa nihil mordax, nihil vividum, nihil vitæ ale demonstrat. hæc autem prædicatio, cum in anima credenti, vel in toto mundo facta fuerit, crescit in arbo-rem.*

S. August.
l. 3. de
Trinit.
Plato l. 5.
de Jegis.

S. Chryost.
l. 1. in
Matth. 13.

Similem

A P P R O B A T I O N E S.

Similem differentiam deprehendit Philofophus Moralis in illis libris, qui nunquam animum Seneca faciunt expurgari, quia ipsi vitam in se non continent. Loquuntur, instruunt, disputant, sed illorum periodi sunt emortuæ. Quædam Scripturæ clarum habent nomen, cætera exanguia sunt. Instituunt, disputant, cavillantur, non faciunt animum, quia non habent. Nihilominus tamen habent applausum, apud eos, qui artificiosè delectantur, & libenter se occupant legendis aliorum lucubrationibus. Ille autem liber magis compungit, quam delectat, nam Auctor illius non est de eorum numero, de quibus S. Methodius ait: *vili pretio cœempti*, qui id, quod prædicant, ac commodant ac conditionem, aut pretium vani quarunt applausus, aut commodi proprii, aut vilis lucri. Quod autem in hoc Libro fit, aliud non est, quam illud accipere, quod à Scriptura sacra, à SS. Patribus, & Auctoribus illustratur, ut Sermones inde procedant utiles, ad imitationem Apum, de quibus ait S. Chrysostomus: *Apicula levibus pennæ arborum, & herborum floribus insident, latentemq; in sterculis liquorculum innocuâ de prædatione avehunt, ut tandem dulcissimos mellis favos efficiant.* Ille enim Auctor de sua substantia apponit, quod Dominus noster illi communicavit, & quod indefesso studio sibi proprium fecit; quod quidem tantum est, quod talenta aliis otiosis adempta sint, & Auctori huic collata, qui non minus *Christianus Excitator* est, quam ipse Liber.

S. Method.
in Epiph.
hæres. 64.

Quis poluit in visceribus hominis Sapientiam, vel quis dedit gallo intelligentiam, dixit Deus Jacob, qui? nisi Ego? Hæc autem duo dona conjungere; ideò, credo fieri, ut intelligamus, quod sapientia, quam homo à DEO accipit, debeat ita applicari, quemadmodum fit in gallo, qui illos excitat, qui alto, & profundo sono demerguntur, ut dicit D. Gregorius: *intelligentiam cantanti gallo, ea est, prædicanti Doctore ipsi summorum Conditor ministrat, sed cum hac advertentia, in quo quidem melior intelligentia galli consistit, quod dum hora canendi imminet, antè succutit alas, se ipsum excitando, reddit se ipsum primò, vigilantem, antequam alios dormiendo expurgat; turpe enim foret, si ille de in somno indulgeret, qui alios facit expurgari.* Idem enim Gregorius ait: *Cum jam edere cantus parat, prius alas excutit, & semetipsum ferrens vigilantem reddit; ipsi quippe sancti Prædicatores, cum perfectè in semet ipsis vigilant, tunc dormientes, alios ad vigilias vocant.* Ita pariter Excitator iste noster, primò Prædicatores, ut patet in Introductione, tum primò reliquos Christianos excitat, ut ejus Sermones declarant, qui possunt, velut continua Missio, haberi, & existimari; in quo quidem Exercitio celebris est hic Auctor, id quod Liber iste plenà suâ & uberi affluentia testatur. Nec etiam iste ullam Propositionem continet, sanæ doctrinæ, aut bonis moribus adversantem, atque adeò prælo dignissimus est. Ex Regio Convento Granatæ 31. Martii, Anno 1677.

F. Ludovicus de Cozar.

Licentia judicis.

Dominus Joannes Antonius de Heredia, LicentiatuS, Suae Regiæ Majestatis à Consiliis, & Auditor in Regia Cancellaria Granatensi, ac Judex nominatus Impressionum, d. Et Civitatis, Licentiam concedo, ut imprimi possit Liber, cui Titulus est: *Excitator Christianus*, Sermonum Doctrinalium, compositus à Doctore Don Josepho de Barzia, & Zambrana, Canonico, & Cathedratico Sacræ Scripturæ in Sacro monte Civitatis, cum Approbatio Reverentissimi Magistri, Fr. Ludovici de Cozar accesserit, & per illum constet, nihil in illo contineri, quod sit contra fidem, aut bonos mores. Granatæ 28. Aprilis, 1677.

Don Antonius de Heredia
LicentiatuS.

Approbatio Reverentissimi Patris Præsentati, Fr. Joannis Guereri,
quia fuit Priori in Conventu S. Dominici Gadibus: ex Con-
ventu S. Crucis Regio Granatensi.

Vidi secundum Tomum Excitatoris Christiani, compositum à Doctore Domino Josepho de Barzia, & Zambrana Canonico Magistralis Ecclesiæ de Monte Sancto, hujus Civitatis Granatensis, & quoniam D. Doctor Simon de la Torre, & Baldes, Collegialis Major Regalis Imperialis hujus Civitatis Canonicus Doctor Suae Apostolicæ Metropolitanæ Ecclesiæ Provisor Judex, & Vicarius Generalis hujus Episcopatus, me illum cum Censura jussit recognoscere, potuissim eundem non nisi laudando approbare. Si enim in primo Tomo superavit multos, qui hoc sæculo scripserunt, in Secundo superavit se ipsum. Id quod D. Hieronymus dixit in Approbatione Panegyrici ad Imperatorem Theodosium. *Librum tuum quem pro Theodosio Principe prudenter, ornateq; compositum transmissisti, libenter legi, & præcipue mihi subdiviso placuit, cumq; in primis partibus vincas alios, in penultimis te ipsum superas.* Et ita in aliis quoq;

S. Hieron.
ad Paulin.
de Intitico.
monast.
Tomis,

(A) 2

APPROBATIONES.

Tomis, qui Deo dante, lucem aspicient, apparebit, quasi alius esset, eò quòd se ipsum superet. *Est Opus pulchrum, posset de hoc Opere dicere Plinius Junior. Validum, acre, sublime, varium, elegans, purum, figuratum, materiâ clausum, declamatione conscriptum, propefectione obstructum, disputatione referatum, vernantis Eloquentiæ flore molitum, spatiosum etiam, & cum magna Authoris laude defusum.*

Et sane non alia ponderatione opus est, tam genuinè enim rem ipsam tangit, in hisce Sermonibus, & tam efficaciter, & perfectè movet, ut nihil relinquat, quòd requirit Ingenium, nec peccatorem excusat, quò minus convertatur. Et quia hoc principale motivum est, ingentis suæ Eruditionis in scribendo, & spiritus ferventissimi in prædicando. In utroque ardentem suam charitatem manifestat, & applicat, & sapientiam suam, ac scientiam copiosam, quam licet in pulpito utramq; effuderit, & sparserit, nunc tamen utramq; nobis in Scriptis restituit, id quòd Cassiodorus dixit: *Colligens quasi in unam coronam, germen floridum, quòd per Librorum campos passim fuerat dispersum.* Et hanc ipsam ob causam admiratus est Ausonius vivum ingenium Amici sui Symmachi: *Quis ista affectet singula, ut tu imple omnia? quid enim aliud est, quàm ex omni bonarum artium ingenio collecta perfectio?* Longè majori ratione possumus scripta Authoris nostri appellare Collectionem perfectissimam, quia finis illius longè est perfectior, nimirum animarum Conversio, qui illas excitat, & expergeficit ex somno periculoso peccatorum suorum, quò quidem se celebrem reddidit, sua prædicatione, sequè reddidit scriptis suis Apostolicis immortalem. Nam unius ætatis sunt, quæ fortiter fiunt, quæ verò pro utilitate publica scribuntur, æterna sunt.

Imitatur Author noster, in vita sua, & in Operibus charitatis zelum Seraphinorum; vitâ suâ, quâ in tenera ætate, in domo piorum parentum suorum, dum scholas frequentaret, & hodie in Monte Sancto (qui est Seminarium doctrinæ, & Litterarum, virtutumque quæ nostra continet Hispania) se se continuit, estque vita illius similis, & par Seraphinis, in operibus suis, quia carbonibus ardentibus, Amoris & Timoris divini, cauterium infigit animis, ut purificatis labiis confiteantur convenienter peccata sua, ut divinam gratiam consequantur. Emulatus etiam charitatem Christi, qui venit in persona propria, & nobis sudoribus suis, & sanguine, Justificationem comparavit, nam etiam Author noster laboribus, & sudoribus non pepercit in Missionibus ad eò multiplicibus, eodem fine charitatis; ubi etiam omnium nostrum negotium agitur, quia si in ipsius persona virtutem tenemus, in scriptis illius tenemus doctrinam suam, Catholicam, & omni modo bonis moribus conformem, quæ omnes docere potest, & informare. Et hæc est mea mens, & opinio, salvò meliore. Dabam in hoc Conventu Regali S. Crucis Granatæ, Ordinis Prædicatorum 18. Febr. Anno 1678.

Fr. Joannes Guerrero Messia.

Licentia Ordinarii.

NOs Doctor Simon de Torre, & Valdes, Canonicus Doctor Sanctæ hujus Ecclesiæ Metropolitanæ, Civitatis Granatensis, Provisor, Judex, Officialis, Vicarius Generalis hujus Archiepiscopatus pro Capitulo, sede vacante. Quantum ad nos ardet, damus Licentiam, ut imprimi possit Liber, cui Titulus est: *Excitator Christianus*, Sermonum Doctrinalium Tomus secundus, compositus per D. Josephum de Barzia, & Zambrana, Canonicum, & Cathedralicum Sacræ Scripturæ, Sancti Montis hujus Civitatis, cum constet per Approbationem Reverendissimi Patris Magistri, Fr. Joannis Guerrero, cui illum commisit, nihil illum continere, quòd impediât. Granatæ 20. Febr. 1678.

Doctor Simon de la Torre, & Valdes.

Ex Mandato Domini Provisoris.

Ludovicus de Buentalante. Notar.

